# Incipiunt Statuta Communitatis Burgi Gaudiani, et totius Plebis.

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi, ejusdemque Matris Gloriosae Virginis Mariae, et Beati Juliani Confessoris, omniumque Sanctorum, et Sanctarum Dei.
Ad honorem, et gloriam Divini Nominis et Reverendissimi D. et D. D. Fratris Gulielmi, Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Novariensis, et Comitis, et ejus Episcopatus, et ut ejus hominibus dilectis, et fidelibus de Burgo Gaudiani, et Plebe pax et status prosper praeparetur.
Juramentum calumniae sic fieri debet; illud juretur quod lis tibi justa videtur, ut lis tarditur dilatio petatur. Nil promittetur ut falsa sententia detur, et si quaeretur demum non inficietur.

## De periculis litigantium.

In controversiis causarum corporales inimicitiae oriuntur, fit admissio expensarum, labor animi excitatur, corpus quotidie fatigatur, occulta, et inhonesta crimina inde sequuntur, bona et utilia opera postponuntur, et qui se credunt obtinere, frequenter succumbunt, et si obtinent, computatis laboribus, et expensis nihil acquirunt. Vigilantibus, et non dormientibus, jura subveniunt omne animi vitium, tanto conspectu in se crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

## De Robariis Cap. 1.

De Furtis Cap 2

De latronibus, et robatoribus Cap 3.

De Homicidijs Cap 4

De Bannitis habendis pro confessis Cap 5.

De Ferruta Bannitorum Cap 6

De insultu facto ad domum habitationis alicujus, vel in strata publica Cap 7.

De pena facientis rixam, et percutientis tam cum sanguinis effusione, quam sine Cap 8.

De rixis, et Ferrutis factis in die Mercati in Burgo Gaudiani Cap 9.

De illis qui portant arma per loca Plebis Gaudiani

Cap 10.



competentem dilationem dare saltem decem dierum ei, contra quem proceditur ad suam defensionem faciendam, et aliter ad condemnationem procedi non possit

Quod Castellanus causas quę sunt solidorum centum Imp, et ab inde supra teneatur committere consulendas in Civitate Novarię, vel diecesi

Cap 96.

Item quod Castellanus, seu ejus Vicarius, et L. J. causas et questiones, qua sunt sol. centum Imp, seu valorem, et ab inde supra receptis confidentibus, vel suspectis sapienti, vel sapientibus jurisperitis in Civitate Novarię, vel Diecesi si petitum fuerit per partes, vel aliquam ipsarum committere teneatur consulendas, et idem facere teneantur de quolibet alio dubbio reltevato in dictis casibus, et questionibus per partes predictas, seu aliquam ipsarum; alias si per ipsum Dominus

FONDAZIONE MARAZZA